



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XLIX. De habitibus in generali quantum ad substantiam eorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

tem permouendo confundit.

RESPON. Dicendum, quod mens uel ratio, quam uis non utatur organo corporali in suo proprio actu, tñ quia indiget ad sui actũ qbusdã uiribus sensitiuis, quorũ actus impediuntur corpore perturbato, necesse est quod perturbationes corporales etiam iudicium rationis impediunt, sicut patet in ebrietate & somno. * Dicitur est autem, quod ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut et usque ad exteriora membra deriuetur; unde ira inter ceteras passiones manifestius impedit iudicium rationis, secundum illud psal. 30. Conturbatus est in ira oculus meus.

Ar. preced.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a rone est principiu ira quantum ad motum appetitiuũ, qui est formalis in ira, sed perfectum iudicium ronis passio ira praeoccupat, quasi nõ perfecte rone audies pp commotione caloris uelociter impellens, q est materialis in ira: & qñ ad hoc impedit iudiciũ ronis.

AD SECVNDVM dicendum, quod iracundus dñ esse manifestus, non quia manifestum sit sibi qui d facere debeat, sed quia manifeste operatur, non quarens aliquam occultationem, quod partim contingit propter impedimentum rationis, quare non pot discernere quid sit occultandum, & quid manifestandum, nec etiam excogitare occultandi uias; partim uero est ex ampliacione cordis, quae pertinet ad magnanimitatem, quam facit ira. unde & de magnanimo Phil. dicit in 4. Ethi. * quod est manifestus odior, & amator, & manifeste dicit, & operatur. Cõcupiscentia autem dicitur esse latens, & insidiosa, quia ut plurimũ delectabilia, quae concupiscuntur, habent turpitudinem quandam, & molliem, in quibus hõ uult latere: in his aut quae sunt uirilitalis & excellentiae, cuiusmo di sunt uindicta, qrit hõ manifestus esse.

C. 3. a med.

q. 46. ar. 4

AD TERTIVM dicendum, q sicut dictum est, * Motus ira a ratione incipit; & ideo s̄m idem appositio contrarii ad contrarium adiuuat iudicium rationis, & auget iram. Cũ enim aliquis habet honorẽ uel diuitias, & postea incurrit alicuius detrimentũ, illud detrimentum apparet maius, tñ propter uiciniam contrarii, tñ quia erat inopinatu, & iõ cãt maiorem tristitiam. Sicut etiam magna bona ex inopinato uenientia cãt maiore delectatione, & s̄m augmentũ tristitiãe praeccedentis, cõsequẽter auget & ira.

ARTICVLVS IIII.

Utrum ira maxime causet taciturnitatem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod ira non causet taciturnitatem. Taciturnitas. n. locutioni opponitur, sed per crementum ire usque ad locutionem peruenitur, ut patet per gradus ire, quos Dominus assignat Matth. 5. dicens. Qui irascitur fratri suo, & qui dixerit fratri suo, Racha: & qui dixerit fratri suo, fatue, ergo ira non causet taciturnitatẽ. ¶ 2 Præt. Ex hoc q custodia rationis deficit, contingit q homo prorumpat ad uerba inordinata. unde dicitur Prou. 25. Sicut urbs parens, & absque murorũ ambitu, ita uir qui non potest cohibere in loquẽdo spiritum suum, sed ira maxime impedit iudiciũ rationis, ut dictum est. * ergo facit maxime profluere in uerba inordinata. non ergo cãt taciturnitatem. ¶ 3 Præt. Matth. 12. dñ. Ex abundantia cordis os loquitur, sed per irã cor maxime perturbat, ut dictũ est. ergo maxime cãt locutione. nõ ergo cãt taciturnitatẽ.

Articu. 3.

Cap. 31. non procul a fi.

SED CONTRA est, quod Gre. dicit in 5. Mor. * q ira per silẽtium clausa, intra mẽtẽ uehementius astat.

F RESPON. Dicendum, quod ira, sicut iam dictum est, * & cum ratione est, & impedit rationem: & ex utraque parte potest taciturnitatem causare. Ex parte quidem rationis, qñ iudicium rationis intantum uiget, quod etsi non cohibeat affectum ab inordinato appetitu uindicta, cohibet tamen linguam ab inordinata locutione. unde Greg. * in 5. Moral. dicit. Aliquando ira perturbato animo, quasi ex iudicio silentium inducit. Ex parte uero impediendi rationis, quia sicut dictum est, * perturbatio ira usque ad exteriora membra perducitur, & maxime ad illa membra, in quibus expressius relucet uestigium cordis, sicut in oculis, & in facie, & in lingua: unde, sicut dictum est, * lingua se prapedit, facies ignescit, exasperantur oculi. Potest ergo esse tanta perturbatio ira, quod omnino impeditur lingua ab usu loquendi, & tunc sequitur taciturnitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, q augmentum ire qñq; est usq; ad impediendum rationem a cohibitione lingue: qñque autem ultra procedit usque ad impediendum motum linguae, & aliorum membrorum exteriorum. Et per hoc et patet solutio ad Secũdum.

AD TERTIVM dicendum, quod perturbatio cordis quãdoque potest superabundare usque ad hoc, quod per inordinatum motum cordis impediatur motus exteriorum membrorum, & tunc causatur taciturnitas, & immobilitas exteriorum membrorum, & quandoque etiam mors. Si autem non fuerit tanta perturbatio, tunc ex superabundantia perturbationis cordis sequitur oris locutio.

QVAESTIO XLIX.

De habitibus in generali, quod ad eorum substantiam, in quatuor articulos diuisa.

¶ Super questio. quae agit de simoniacis articulum primum.

In corp. artic. 1. questio. 49. dicentia da esset natura habitus praedicamenti, & post praedicamenti, quod qd alterius est negotii, ideo uel ad particulare qualificationem, uel ad secundũ Metaph. spectabit, proposito enim praesentis est habitus discutere, de quo est sermo, cuius distinctio ex 5. Metaph. dñ fertur i litera. f. quod est dispositio qua bene, uel male disponitur dispositum secundum se, uel ad alterum, quam distinctio nem mandabis memoria, & fides in ea aciem intelligentie: quoniam ex ea uidebis tot habitus conditiones, quot natura illius illucet, ut patet.

OST actus & passiones considerandum est de principis humanorũ actũ.

Et primo de principis intrinsicis. Secundo, de principis extrinsicis. Principium autem intrinsicum est potentia & habitus: sed quia de potentiis in prima parte dictum est, * nunc restat de habitibus considerandum.

Et primo quidem in generali. Secundo uero de uirtutibus & uitiis, & hõi aliis habitibus, q sũt humanorum actuum principia. Circa ipsos aut habitus in generali, quatuor consideranda sunt.

¶ Primo quidem, De ipsa substantia habituum.

¶ Secundo, De subiecto eorum. ¶ Tertio, De causa generationis augmenti & corruptionis ipsorum.

¶ Quarto, De distinctiõe ipsorum.

CIRCA primum quaruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum habitus sit qualitas.

¶ Secundo, Utrum sit determinata species qualitatis.

¶ Tertio, Utrum habitus importet ordinem ad actum.

¶ Quarto, De necessitate habitus.

¶ In responsione ad tertium in eodem, incipit ex iam dicta distinctiõne colligere, ex eo namque quod habitus est dispositio, & dispositio est ordo habentis partes & cõsequens est, q habitus sit ordo habentis partes, cui autem audis ordinem non intelligas respectum ordinis, sed est radi.

ad 5. Et ad 4. ar. 1. cor. 11. 3. circa 1. to. 1.

In pr. qualita. Tex. 24.

In pr. qualita. com. 1.

Tex. 25.

Loco na. dño.

Tex. 26.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus sit qualitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, q̄ habitus nō sit qualitas. Dicit n. Aug. in li. 83. q. q̄ hoc nomen, habitus, dictū est ab hoc uerbo, habere: sed habere non solum pertinet ad qualitatē, sed ad alia genera: dicitur n. habere q̄ritatē, & pecuniā, & alia h̄mōis; ergo habitus nō est qualitas.

¶ 2. Præt. Habitus ponitur unum prädicamentum, ut patet in libro Prädicamentorum: sed unū prädicamentum nō continetur sub alio. ergo habitus nō est qualitas.

¶ 3. Præt. Omnis habitus est dispositio, ut dicitur in Prädicamentis: sed dispositio est ordo habentis partes, ut dicitur in 5. * Metaph. hoc autē pertinet ad prädicamentū situs. ergo habitus nō est qualitas.

SED CONTRA est, qd̄ Philosophus dicit in Prädicamentis, q̄ habitus est qualitas de difficili mobilis.

RESPON. Dicendū, quōd hoc nomen, habitus, ab habendo est sumptum, a quo quidem nomē habitus dupliciter deriuatur. Vno quidem modo, secundum qd̄ homo, uel quaecūq; res dicitur aliquid habere: alio modo, secundum quod aliqua res aliquo modo habet se in seipsa, uel ad aliqd̄ aliud.

Circa primum considerandum est, quōd habere, secundum quod dicitur respectu cuiuscūque quod habetur, commune est ad diuersa genera. Vnde Philosophus inter postprädicamenta, habere ponit, q̄. s. diuersa rerum genera consequuntur: sicut sunt Opposita, Prius, & Posterius, & alia huiusmodi. Sed inter ea quae habentur, talis uidetur esse distinctio, q̄ quaedam sunt, in quibus nihil est medium inter habens, & id quod habetur: sicut inter subiectum & qualitatem, uel quantitatem, nihil est medium. quaedam n. sunt, in quibus non est aliquid medium inter utrumque, sed sola relatio, sicut dicitur aliquis habere socium uel amicum: quaedam uerō sunt, inter quae est aliquid medium, non quidem actio, uel passio, sed aliquid per modum actionis uel passionis, prout scilicet unum est ornans uel regens, & aliud ornatum aut reatum. unde philosophus dicit in 5. * Metaph. quōd habitus dicitur tanquam actio quaedam habētis & habiti, sicut est in illis, quae circa nos habemus: & ideo in his constituitur unum speciale genus rerum, quod dicitur prädicamentum habitus, de quo dicit philosophus in 5. * Metaph. quōd inter habentem indumentum, & indumentum qd̄ habetur, est habitus medius. Si autem sumatur habere, prout res aliqua dicitur quodam modo se habere in seipsa, uel ad aliquid aliud, cum iste modus se habendi sit secundum aliquam qualitatem hoc modo habitus quaedam qualitas est, de qua philosophus in quinto. * Metaph. dicit, quōd habitus dicitur dispositio, secundum quam bene, uel male disponitur dispositum, & aut secundum se, aut ad aliud, ut sanitas habitus quidam est: & sic loquimur nunc de habi-

A tu. unde dicendum est, quōd habitus est qualitas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quōd obiectio illa procedit de habere communiter sumpto: sic enim est commune ad multa genera, ut dicitur est.

AD II. dicendum, quōd ratio illa procedit de habitu, secundum quod intelligitur aliquid medium inter habens, & id quod habetur: sic enim est quoddam prädicamentum, ut dicitur est.

AD TERTIVM dicendum, q̄ dispositio quidem semper importat ordinem alicuius habentis partes, sed hoc contingit tripliciter, ut statim ibidem Philosophus * subdit, sicut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum speciem, in quo, ut Simplicius dicit in * commento Prädicamentorū, comprehendit omnes dispositiones corporales quidem in eo, quod dicit secundum locum, & hoc pertinet ad prädicamentū situs, qui est ordo partium in loco. quod autem dicit secundum potentiam, includit illas dispositiones, quae sunt in preparatione & idoneitate non dum perfectae, sicut scientia & uirtus inchoata: quod autem dicit secundum speciem, includit perfectas dispositiones, quae dicuntur habitus, sicut scientia & uirtus complete.

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus sit determinata species qualitatis.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, q̄ habitus non sit determinata species qualitatis: quia ut dicitur est, habitus s̄m quod est qualitas, dicitur dispositio secundum quam bene, aut male disponitur dispositum: sed hoc contingit secundum quamlibet qualitatem. nam & secundū figuram contingit aliquid bene, uel male esse dispositum, & similiter secundum calorem & frigus & secundum omnia huiusmodi. ergo habitus non est determinata species qualitatis.

¶ 2. Præt. Philosophus in * Prädicamentis, caliditatem & frigiditatem dicit esse dispositiones, uel habitus, sicut aegritudinem & sanitatē, sed calor & frigus sunt in tertia specie qualitatis. ergo habitus, uel dispositio non distinguuntur ab aliis speciebus qualitatis.

¶ 3. Præt. Difficile mobile non est differentia ptinens ad genus qualitatis, sed magis ptinet ad motū, uel passionem: nullum autē genus determinatur ad speciem per differentiam alterius generis, sed oportet differentiam se aduenire generi, ut Philosophus dicit in 7. * Metaph. ergo cum habitus dicatur esse qualitas difficile mobilis, uidetur q̄ nō sit determinata species qualitatis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in * Prädicamentis, quōd una species qualitatis est habitus & dispositio.

RESPON. Dicendum, quōd Philosophus in * Prädicamentis

Super quest. quadragesima nona articulum secundum.

IN arti. 2. eiusdem questionis aduerte, quōd illa uerba in corpore; Modus autem siue determinationis subiecti secundum esse accidentale potest accipi vel in ordine ad naturam &c. si sumantur uniuersaliter absolute, insolubilis apparet quaestio, quomodo sit sufficiens haec distinctio, cum quantitas ipsa determinet subiectum secundum esse accidentale, nec minus habet rationē modificantis & determinantis, quam se

in corp. ar.

in corp. ar.

Tex. 24. to. 3 in pred. qualitat.

Ar. preced.

in pred. qualitat. tom. 1.

Text. 42. & 43. tom. 3.

in pred. qualitat. tom. 1.

in pred. qualitat. tom. 1.

N ¶ Super

In predic-
qualitatis.

lib. 4. c. 3. in
med. to. 3.

Te. 19. to. 3.

Tex. 17. & 18.
to. 2.

Te. 23. to. 2.

Te. 25. to. 3.
ca. 5. to. 5.

ponit inter quatuor species qualitatis, primam, dispo-
sitionem & habitum, quarum quidem specierum dif-
ferentia sic assignat. Simplicitas in commento* Pre-
dicamentorum dicens, qd qualitatum quedam sunt
naturales, quæ sicut in naturam insunt & semper, qua-
dam autem sunt aduentitiæ, quæ ab intrinseco effi-
ciuntur, & possunt amitti. & hæc quidem quæ sunt
aduentitiæ, sunt habitus & dispositiones sicut facile &
difficile amissibile differentes: naturalium aut quali-
tatum quedam sunt sicut in id, quod aliquid est in po-
tentia, & sic est secunda species qualitatis, quedam
uero secundum quod aliquid est in actu, & hoc uel
in profundum, uel secundum superficiem, si in profun-
dum quidem, sic est tertia species qualitatis, secundum uero
superficiem est quarta species qualitatis, sicut figura
& forma, quæ est figura animati. Sed ista distinctio
specierum qualitatis inconueniens uidetur, sunt enim
multæ figuræ & qualitates passibiles non naturales,
sed aduentitiæ, & multæ dispositiones non aduenti-
tiæ, sed naturales, sicut sanitas & pulchritudo, & hu-
iusmodi, & propter hoc non conuenit ordini specie-
rum, semper enim quod naturalius est, prius est. Et ideo
aliter accipienda est distinctio dispositionum, & ha-
bituum ab aliis qualitibus proprie. n. qualitas impor-
tat quandam modum substantiæ, modus autem est
ut dicitur Aug. super Gen. ad literam, quem mensura
præfigit: unde importat quandam determinationem
secundum aliquam mensuram. & ideo sicut id, secundum
quod determinatur potentie secundum esse sub-
stantiale, dicitur qualitas quæ est differentia substan-
tiæ, ita id, secundum quod determinatur potentia sub-
iecti secundum esse accidentale, dicitur qualitas acci-
dentalis, quæ est etiam quedam differentia, ut patet
per philosophum in 5. Metaph. Modus autem
siue determinatio subiecti secundum esse accidentale,
potest accipi uel in ordine ad ipsam naturam subie-
cti, uel secundum actionem & passionem, quæ con-
sequuntur principia naturæ, quæ sunt materia & for-
ma, uel secundum quantitatem: si autem accipiatur
modus uel determinatio subiecti secundum quan-
tita-tem, sic est quarta species qualitatis. Et quia quan-
titas secundum sui rationem est sine motu, & sine
ratione boni & mali, ideo ad quartam speciem qual-
itatis non pertinet, quod aliquid sit bene uel male, cito
uel tardetranstiens. Modus autem siue determinatio
subiecti secundum actionem & passionem attendi-
tur in secunda, uel tertia specie qualitatis, & id in utra-
que consideratur; quod aliquid facile uel difficile fiat,
uel quod cito transtiens, aut diuturnum, non autem
consideratur in his aliquid pertinens ad rationem
boni, uel mali, quia motus & passiones non habent
rationem finis. Bonum autem & malum dicitur p-
respectu ad finem: sed modus & determinatio sub-
iecti in ordine ad naturam rei, pertinet ad primam
speciem qualitatis, quæ est habitus & dispositio. Di-
cit enim Philosophus in 7. Metaph. loquens de habi-
tibus animæ & corporis, quod sunt dispositiones que-
dam imperfectæ ad optimum, dico autem perfectæ, quod
est dispositum secundum naturam. Et quia ipsa for-
ma & natura rei est finis, & cuius causa sit aliquid, ut
dicitur in 2. Metaph. ideo in prima specie consideratur
& bonum, & malum: & etiam facile, & difficile mo-
bile secundum quod aliqua natura est finis genera-
tionis & motus, unde in 5. Metaph. Philosophus
diffinit habitum, quod est dispositio secundum quæ
aliquis disponitur bene, uel male, & in 2. Eth. dicit,
quod habitus sunt, secundum quos ad passiones nos
habemus bene, uel male. Quando enim est modus con-
ueniens naturæ rei, tunc habet rationem boni: quan-

do autem non conuenit, tunc habet rationem mali,
& quia natura est id, quod primum consideratur in
re, ideo habitus ponitur prima species qualitatis.
AD PRIMUM ergo dicendum, quod dispositio
ordinem quandam importat, ut dictum est, unde
non dicitur aliquis disponi per qualitatem, nisi in or-
dine ad aliquid, & si addatur bene uel male, quod per-
tinet ad rationem habitus, oportet quod attendat
ordo ad naturam, quæ est finis. unde secundum figu-
ram uel secundum calorem, uel frigus non dicitur
aliquis disponi bene uel male, nisi secundum ordinem
ad naturam rei, secundum quod est conueniens, uel
non conueniens, unde & ipsa figure, & passibiles
qualitates, secundum quod considerantur ut conue-
nientes, uel non conuenientes naturæ rei, pertinent
ad habitus, uel dispositiones. Nam figura prout con-
uenit naturæ rei, & color, pertinent ad pulchritudi-
nem, calor autem & frigus secundum quod conue-
niunt naturæ rei, pertinent ad sanitatem, & hoc mo-
caliditas & frigiditas ponuntur a Philosopho in pri-
ma specie qualitatis. Unde patet solutio ad Secun-
dum, licet a quibusdam aliter soluantur, ut Simplicius
dicit in commento* Predicamentorum.
AD TERTIUM Dicendum, quod ista differentia
difficile mobile, non quaerit habitum ab aliis spe-
ciebus qualitatis, sed a dispositione, dispositio autem
dupl. ceter accipitur. Vno modo, secundum quod
est genus habitus: nam in 5. Metaph. dispositio po-
nitur in diffinitione habitus. Alio modo, secundum
quod est aliquid contra habitum diuisum, & potest
intelligi dispositio proprie dicta conuidi contra
habitum dupl. ceter. Vno modo, sicut perfectum
& imperfectum in eadem specie, ut scilicet dispo-
sitiō dicatur retinens nomen commune quando im-
perfecte inest, ita quod de facili amittitur, habitus
autem quando perfecte inest, non de facili amittitur,
& sic dispositio fit habitus, sicut puer fit uir. Al-
lio modo possunt distinguī sicut diuersæ species u-
nius generis subalterni, ut dicantur dispositiones il-
læ qualitates primæ speciei, quibus conuenit secun-
dum propriam rationem ut de facili amittantur,
quia habent causas transmutabiles, ut ægritudo &
& sanitas, habitus uero dicuntur illæ qualitates, quæ
secundum suam rationem habent, quod non de fa-
cili transmutentur, quia habent causas immobiles,
sicut scientiæ & uirtutes, & secundum hoc dispo-
sitiō non fit habitus. & hoc uidetur magis consonum
intentioni Aristoteles. unde ad huius distinctionis
probationem inducit communem loquendi con-
suetudinem, secundum quam qualitates, quæ secun-
dum rationem suam sunt facile mobiles, si ex al-
quo accidenti difficile mobiles reddantur, habitus
dicuntur & econuerso est de qualitatibus, quæ secun-
dum suam rationem sunt difficile mobiles, nam si
aliquis imperfecte habeat scientiam, ut de facili pos-
sit ipsam amittere, magis dicitur disponi ad scien-
tiam, quam scientiam habere. Ex quo patet, quod
nomen habitus diuturnitatem quandam importat:
non autem nomen dispositionis, nec impeditur quod
secundum hoc, facile & difficile mobile, sunt specifi-
cæ differentiæ, propter hoc quod ista pertinent ad
passionem & motum, & non ad genus qualitatis,
nam ista differentia, quamuis per accidens uideantur
se habere ad qualitatem, designant tamen prop-
rias & per se differentias qualitatum, sicut etiam
in genere substantiæ frequenter accipiuntur differen-
tiæ accidentales loco substantialium, in quantum p-
eas designantur principia essentialia.

¶ Super

Super Questionis quadragesimanone Articulum tertium.

In art. 3. eiusdem q. 49. in corpore, & in responsione ad primū, dubium occurrit ex Scoto in primo, dist. 7. q. 2. ubi nicitur fultū...

ARTICVLVS III.

Utrum habitus importet ordinem ad actum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod habitus non importet ordinem ad actū. Vnum quodq; enim agit secundum quod est actus: sed Philosophus dicit in 3. de anima, quod cum aliquis sit sciens secundum habitum; est etiā tunc in potentia, aliter tamen quā ante adficeret, ergo habitus non importat habitudinem principij ad actum.

¶ 2. Præter. Illud quod ponitur in diffinitione alicuius, per se conuenit illi: sed esse principium actionis ponitur in diffinitione potentia; ut patet in 5. Metaph. ergo esse principium actus per se conuenit potentia: quod autem est per se, est principium in unoquoque genere. si ergo etiā habitus sit principium actus, sequitur quod sit posterior quā potentia: & sic non

do in actu, & aliquo modo in potētia, quia utitur ipso cum uult, & perficitur per ipsum: & similiter quod habitum ipsum oportet esse aliquo modo in actu, & aliquo modo in potētia: quoniam perficit, & potentialem ad actum secundum constituit, ex his uidebitur natura habitus non esse extraneam a natura potentia; operatiua: sed quemadmodum conuenit in natura actus & potentia; proportionatim, ut patet, ita conueniunt in natura principij respectu actus. Cum. n. agere sequat actū, & pati potētia, & potētia operatiua est, ut habitus perficiens potētia, ut eius propria perfectio, secundum id quod hēt de actu perficiat & compleat actiuitate potentia; & secundū id quod est in potentia, appropriet potentiam ad susceptionē ultimā perfectionis, id est, operationis perfectæ. Putandum est. n. quod aīe potentia operatiua est in potētia ad suam consummatam perfectionē ordine quodam, est namque in potentia per operationes imperfectas ad habitum, & per habitum ad operationem perfectā, in qua consummatur perfectio potentia; operatiua: nisi quis diceret, quod potentia operatiua aīe est per se in potentia per actus imperfectos ad actum perfectū, sed per accidens in terponitur habitus: quod irrationabiliter dici patet ex doctrina 2. Physic. unumquodque. n. sicut agit, ita aptum natum est agi, & e contra: constat autē potentia; animæ operatiua; perfectionem sic agi, ut per actus imperfectos acquirat habitum, & per habitū perfectam operationem assequatur. Ex natura igitur huiusmodi potentiarū est, quod ipsæ tali ordine, & talibus mediis ad consummatam perfectionem perueniunt, ac per hoc habitus ipsi per se mediant inter potentias & operationes perfectas. Ut autē quod dicimus de actiuitate habitus respectu actus, euidentius monstretur, in uirtutibus intellectualibus, quas constat esse habitus, manifestatur. Et quoniam innata est nobis uia ex notioribus nobis, inchoemus ab arte. Ars est habitus, ut patet in 6. Eth. & est factiuus, & quod sit factiuus in genere causæ effectiua; ut omnis cauillatio excludatur, probatur ex 9. Metaph. ubi ars ponitur inter potentias actiua; & distinguitur potentia rationalis contra potentiam naturalem, quod illa est actiua utriusque contrarij, & propterea non agit, nisi determinata a prohibenti, & tunc agit unum.

erit prima species qualitatis habitus, uel dispositio. ¶ 3. Præter. Sanitas quandoque est habitus, & similiter macies & pulchritudo: sed ista non dicuntur per ordinem ad actum. non ergo est de ratione habitus, quod sit principium actus.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libr. 7. de bono coniugali, quod habitus est, quo aliquid agit cum opus est. & Commentator dicit in 3. de anima, quod habitus est, quo quis agit cum uoluerit.

RESPON. Dicendum, quod habere ordinem ad actum, potest competere habitui & secundum rationem habitus, & secundum rationem subiecti, in quo est habitus: secundum quidem rationem habitus conuenit omni habitui aliquo modo habere ordinem ad actum: est enim de ratione habitus ut importet habitudinem quandam in ordine ad naturam rei secundum quod conuenit, uel non conuenit. Sed natura

per operationes imperfectas ad habitum, & per habitum ad operationem perfectā, in qua consummatur perfectio potentia; operatiua: nisi quis diceret, quod potentia operatiua aīe est per se in potentia per actus imperfectos ad actum perfectū, sed per accidens in terponitur habitus: quod irrationabiliter dici patet ex doctrina 2. Physic. unumquodque. n. sicut agit, ita aptum natum est agi, & e contra: constat autē potentia; animæ operatiua; perfectionem sic agi, ut per actus imperfectos acquirat habitum, & per habitū perfectam operationem assequatur. Ex natura igitur huiusmodi potentiarū est, quod ipsæ tali ordine, & talibus mediis ad consummatam perfectionem perueniunt, ac per hoc habitus ipsi per se mediant inter potentias & operationes perfectas. Ut autē quod dicimus de actiuitate habitus respectu actus, euidentius monstretur, in uirtutibus intellectualibus, quas constat esse habitus, manifestatur. Et quoniam innata est nobis uia ex notioribus nobis, inchoemus ab arte. Ars est habitus, ut patet in 6. Eth. & est factiuus, & quod sit factiuus in genere causæ effectiua; ut omnis cauillatio excludatur, probatur ex 9. Metaph. ubi ars ponitur inter potentias actiua; & distinguitur potentia rationalis contra potentiam naturalem, quod illa est actiua utriusque contrarij, & propterea non agit, nisi determinata a prohibenti, & tunc agit unum.

Præterea, Domus quæ fit in materia, est a domo quæ est in anima effectiua: & sanitas a sanitate, & uniuersaliter quodlibet artificiale a sua forma in mente: sed hoc nihil aliud est, quam esse ab arte. Nihil enim aliud est sanitas in mente medici, quā ars sanandi, & similiter domus, quā ars domificandi: unde ad utrumque contrarium se habet, ergo.

Præterea, Quinto Metaph. Statuifica, & breuiter artifex ponitur causa efficiens per se: Polycretus autem, seu subiectum per accidens, ergo ars ipsa est per se principium actiuium actus. Et quoniam probabile est quod sapientibus pluribus ut, ex cōi hominū consensu patet, homines utendo suis artibus esse causas operum, adeo quod carentes artibus, carent facultate faciendi, & non solum carent expeditione, delectatione, promptitudine & facilitate. fit ergo, p̄cul a probabilibus phantasia hæc, & dico ingrediendo interiorē hominem, quod quemadmodum ars cum reā rō sit factibilium, actiua est eorum, ita prudentia, quæ reā rō est agibilia, actiua est eorum; & similiter quilibet habitus existens in aliqua potentia aīe uim actiua; habet, sicut potentia cuius est, ut in corpore articuli dicitur. Nec hoc est derogare actiuitati potentia; sed declarare naturas potentiarum susceptibilium ipsorum habituum, ad quæ nanque natura non sufficienter determinauit potentiam per seipsam, determinabilem fecit per habitum, ut determinata illo, agat quod per seipsam plene agere non poterat. Ex his autem patet, & Prima Secunda S. Tho. N 2 quod

Ca. 21. paulo a priu. 10. 6. Li. 3. de ani. ma. co. 13.

D. 698.

Vertical marginal notes on the left side of the page, including references to other works and page numbers.

Vertical marginal notes on the far left edge of the page.

quod oportet haberi actiuitatem tribuere. & q non possunt ea q de habitu aliquo dicuntur, saluari absque actiuitate, ut patet de arte. haec de secundo. Ad obiecta autem in oppositum, & Durando ordine respondendo, dicitur, q potentia & habitus concurrunt ad effectiue causandum actum, non sicut causa partiales uinuocae, ut trahentes nauem, & neque sicut remissum & intentum ut maius & minus lumen in eodem medio: neque sicut superius, & inferius, ut Sol & homo generant hominem, sed sicut imperfectum differt a seipso perfecto. Potentia. n. animae operatiua non est ita determinata ad elicendum operatione talis speciei, q egeat habitu determinante ipsam, quoniam ipsa absque habitu cum obiecto ad actum. puenientem habitum sufficit. sed determinatio, quam ante habitum het, est ita remota & imperfecta, ut egeat habitu ad hoc, quod ppinqua & perfecta sit ad operandum perfecte in tali specie. Habet namque se potentia ad habitum respectu operationis, sicut ho in principio adolefcentiae ad hominem perfectum respectu generationis. Quoad modum. n. adolefens potest quidem generare, sed imperfecte: cu aut perfectus uir fuerit, generare potest perfecte: ita potentia sine habitu potest producere operationem in tali specie. Imperfectas: perfectae autem per habitum similes in specie perfectas potest elicere. Nec quaras inter haec proportionalem similitudinem in omnibus, sed fat est proposito quod dictum est: & q non oportet propterea potentiam suscipere magis & minus. nec est idem dicere operationem perfectam & imperfectam in eadem specie, & dicere remissam & intentam, sicut non est idem dicere, homo perfectus & imperfectus in eadem specie, & remissus & intentus. Et ex hoc patet responsio ad primum. Propositio. nulla. Quaecunq; principia exiguntur ad operationem perfectam in aliqua specie, requiruntur ad quamlibet illius speciei, dato q sit uera de his principis, quae concurrunt ut diuersa principia, ut pater & mater respectu filii, & sol & ho respectu hominis, & huiusmodi: non tamen est uera de his principis, quae concurrunt ut unum perfectum principium, ita q ambo simul non differunt ab uno, nisi sicut imperfectum a perfecto. & simile omnino esset, si adolefens fieret perfectus uir per aliquod distinctum superadditum. Et cum dr, q operationum differentium solum secundum magis & minus perfectum in eadem specie, principia non oportet magis differre, dupliciter potest responderi, primo concedendo, q potentia & habitus, licet absolute distinguantur specie, ut patet ex praedicamentis, ut tamen sunt principia talis actus, non differunt nisi secundum magis & minus perfectum in eadem specie, quia sunt eiusdem speciei cum actu, & consequenter inter se. Sicut. n. potentia uisua ut sic, reducit ad genus obiecti, puta coloris, ita eadem ut uidet album, reducit ad speciem albi, ut potentia, pportione actib, iuxta doctrinam 12. Metaph. Secdo potest dici, qd illa propositio non tenet in principis, quorum unum subalternatur reliquo, qm principis sic se habentibus stat ad actum perfectum utrunque requiri, & ad imperfectum alterum tantum, qa talia nos ut duo disparata principia, sed subsequens est perfectio primi sic aut se here constat potentia & habitum, quoniam habitus subalternat quodammodo potentiae, du potentia ad multarum sperum actus se extendens, per habitum determinatur ut sit in tali spe pfecti opis pfectu principiu. Ad obiecta uero, q habitus non sit principiu actus quo ad determinationem in esse naturae, facile dicitur primo, q est ibi sophisma consequens. Causa. n. determinat effectum fm esse naturae, no oportet q respiciat singularitatem ut proprium effectum, sed fat est q causat illud in esse naturae fm aliquid: unde habitus qui perfectione in operatione causat in esse naturae, determinat opera-

Tex. 24 to. 3

Ar. preced.

tionem ad esse perfectum: & hoc sufficit. Dicitur secundo, q quia singularitas est effectus cois, & praeniens multas causas: ideo recte concluditur, q non est proprius effectus huius, vel illius causa, sed male concluditur: ergo non est effectus huius causa. Aliud est. n. effici ab A, & aliud esse proprium effectum A. unde sicut homo generat hominem, & hic homo hunc hominem: ita habitus facit operationem perfectam. & hic habitus facit operationem perfectam. Ad obiecta uero, q habitus non fit per se principium esse moralis in actu, illud est relatiuum, simpliciter dicitur, primo, negando illud esse in actu elicto esse relatiuum, quauis relatiuum sit in actu imperato: quonia, quoad modum inter habitus morales est contrarietas secundum esse absolutum, ut inter fortitudinem, & timiditatem, & liberalitatem, & auiditiam, &c. ita merelictos actus, qpe est enim maior ratio: secundum dicitur, quod esse relatiuum, carere actiue per se, sic intelligitur: quia non habet agens facies, locum non faciendum alia: cum quo tamen stat, q habeat per se propria causam actiue, ut experimur, cum ordinem aliquem imponendum rebus excogitamus & imponimus, & ad id intendimus & facimus praecipiendo, & exequendo per nos, vel alios: nec minus hoc nos per se intendere & causare experimur, quam medicus intendat & faciat sanitatem. testes sunt duces exercitus, & floresq; aliorum ac artifices. Et si quis negaret sensum propter rationem, aut autoritatem, puta, qia ad relationem non est motus, &c. non solum inereditus, sed ineredibilis esset.

Tercio dicitur, quod habitus causat substantiam actus perfecti, quam consequitur esse relatiuum, & sic potest per se causare esse relatiuum. Et cum dicitur, quia substantia actus potest causari ante habitum, respondetur q in hoc uidentur isti errare fundamentum, quae determinatio uno modo tantum inueniretur. Falluntur. n. in hoc, Potentia animae operatiua non egeat habitu determinante ad producendum actum. ergo ex se est sufficienter determinata ad producendum actum perfectum eiusdem speciei. Determinatio siquidem egeat causam aliquam actiue ad agendum, multipliciter contingit, sed ad propositum sufficit dupliciter: primo, ut contrahatur ad speciem talem, sicut actio solis determinatur ad producendum hominem per hominem, & bouem per bouem, & sic potentia non egeat habitu, quia ante habitum potest in actu illius speciei. Alio modo, ut nis sua ad talem speciem perficiatur, ut iam non solum possit in actu illius speciei, sed actus perfecti in illa specie proprium principium fit: & hoc modo potentia egeat habitu determinante ipsam. Et ut cauillationes excludas dubitantium, an potentia sine habitu possit ex toto conatu in actum perfectum, memento quod de actionibus rerum naturalium, & earum principis propriis est sermo, ac per hoc attenditur his, quid ut in pluribus sit secundum naturam cursum. Neque. n. si adolefens unus perfectum generationis opus perageret, propterea falsa reddidit illa uniuersalis, Adolefens non potest in perfectio generationis opus: quoniam physica est: & hirundo non facit uer. Dicitur ergo, quod habitus determinat potentiam ad hoc, ut ipsa habitus perfecta sit proprium principium perfecti operis, in quo sua consummatur perfectio. Et quoniam habitus est, quo quis operatur cum uult, & non cum habet, & propterea est quo quis operatur infra eius potestatem quantum uult, non quantum potest, ut patet in artificibus: ideo non mireris, si actus potentie habituatae non sunt semper perfectiores actibus potentiae non habituatae. & sic patet quod habitus est causa actiua per se substantia, & modi actus triplicis, scilicet perfectionis, determinationis in esse naturae, & determinationis in esse morali, quamuis facilitatem ex parte operantis tantum praebere uideatur: & si actus habituata-

imponendum rebus excogitamus & imponimus, & ad id intendimus & facimus praecipiendo, & exequendo per nos, vel alios: nec minus hoc nos per se intendere & causare experimur, quam medicus intendat & faciat sanitatem. testes sunt duces exercitus, & floresq; aliorum ac artifices. Et si quis negaret sensum propter rationem, aut autoritatem, puta, qia ad relationem non est motus, &c. non solum inereditus, sed ineredibilis esset.

Tercio dicitur, quod habitus causat substantiam actus perfecti, quam consequitur esse relatiuum, & sic potest per se causare esse relatiuum. Et cum dicitur, quia substantia actus potest causari ante habitum, respondetur q in hoc uidentur isti errare fundamentum, quae determinatio uno modo tantum inueniretur. Falluntur. n. in hoc, Potentia animae operatiua non egeat habitu determinante ad producendum actum. ergo ex se est sufficienter determinata ad producendum actum perfectum eiusdem speciei. Determinatio siquidem egeat causam aliquam actiue ad agendum, multipliciter contingit, sed ad propositum sufficit dupliciter: primo, ut contrahatur ad speciem talem, sicut actio solis determinatur ad producendum hominem per hominem, & bouem per bouem, & sic potentia non egeat habitu, quia ante habitum potest in actu illius speciei. Alio modo, ut nis sua ad talem speciem perficiatur, ut iam non solum possit in actu illius speciei, sed actus perfecti in illa specie proprium principium fit: & hoc modo potentia egeat habitu determinante ipsam. Et ut cauillationes excludas dubitantium, an potentia sine habitu possit ex toto conatu in actum perfectum, memento quod de actionibus rerum naturalium, & earum principis propriis est sermo, ac per hoc attenditur his, quid ut in pluribus sit secundum naturam cursum. Neque. n. si adolefens unus perfectum generationis opus perageret, propterea falsa reddidit illa uniuersalis, Adolefens non potest in perfectio generationis opus: quoniam physica est: & hirundo non facit uer. Dicitur ergo, quod habitus determinat potentiam ad hoc, ut ipsa habitus perfecta sit proprium principium perfecti operis, in quo sua consummatur perfectio. Et quoniam habitus est, quo quis operatur cum uult, & non cum habet, & propterea est quo quis operatur infra eius potestatem quantum uult, non quantum potest, ut patet in artificibus: ideo non mireris, si actus potentie habituatae non sunt semper perfectiores actibus potentiae non habituatae. & sic patet quod habitus est causa actiua per se substantia, & modi actus triplicis, scilicet perfectionis, determinationis in esse naturae, & determinationis in esse morali, quamuis facilitatem ex parte operantis tantum praebere uideatur: & si actus habituata-

to redditus sit facilis, ex redundantia facilitatis operantis, hoc A
provenit hinc de tertio.
¶ In responsione ad primum in 3. ar. adverte, qd inia auctoris est,
q non solum subiectu habitus est in potetia ad operationem, sed,
actus ipse est actus permissus potetia ad opus, sicut actus primus

¶ Super quod quodam
gestimonia artium
lun quartum.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit necessarium esse habitum.

AD QVARTVM sic procedit.
Videtur, qd non sit necessarium esse habitum. Habitibus sunt quibus aliquid disponitur bene, uel male ad aliquid, sicut * dicitur est. sed per suam formam aliquid bene, uel male disponitur, nam secundum formam aliquid est bonum, sicut & ens, ergo nulla necessitas est habituum.

¶ 2 Præ. Habitus importat ordinem ad actum, sed potentia importat principiu actus sufficiens. nam & potentia naturales absq. habitibus sunt principia actuum, ergo non sunt necessarii habitus esse.

¶ 3 Præ. Sicut potentia se hæt ad bonu, & ad malu, ita & habitus; & sicut potetia non semp agit, ita nec habitus, existentibus igitur potentiis superfluum fuit habitus esse.

SED CONTRA est, quod habitus sunt perfectiones quædam, ut dicitur in 7. * Physico. sed perfectio est maxime necessaria rei, cu habeat rationem finis ergo necessarium fuit habitus esse.

RESPOND. Dicendum, quod sicut supra dictum est, habitus importat dispositionem quandam in ordine ad naturam rei, & operationem, uel finem eius, secundum quem bene, uel male aliquid ad hoc disponitur. Ad hoc aut quod aliquid indiget ad alterum, tria requiruntur. Primo quidem, ut id quod disponitur, & sit alterum ab eo ad quod disponitur, & sic se habeat ad ipsum ut potentia ad actum. unde si aliquid sit, cuius natura non sit composita ex potentia & actu, & cuius substantia sit sua operatio, & ipsum sit pp seipsum, ibi habitus uel dispositio locum non hæt, sicut patet in Deo. Secundo requiritur quod id, quod est in potentia ad alteru, possit pluribus modis determinari, & ad diuersa. un si aliquid sit in potentia ad alteru, ita tamẽ quod non sit in potentia nisi ad ipsum, ibi dispositio & habitus locum non hæt: quia tale subiectu ex sua natura hæt debitam habitudinem ad tale actu. Vnde si corpus celeste sit compositum ex materia & forma, cu illa materia non sit in potetia ad aliam formam, ut in r. * dictum est, non habet ibi locu dispositio uel habitus ad formam, aut

potentiam & actum, diuersitatem; actuum, & rursum pluralitatem disponentium. disponitur enim omne quod disponitur, ad actum aliquem, nec opus est disponi, quod unius tantum actus est capax: & dispositio habentis est partes, i. partialia; ex ratione autẽ uarietatis secundum bene, uel male diuersitas habetur modoru.

etiam ad operationem, q natura celestis corporis non est in potetia, nisi ad unum motum determinatu. Tertio, requiritur qd plura concurrant ad disponendum subiectum ad unum eorum, ad que est in potentia, que diuersis modis comensurari pnt, ut sic disponatur bn, uel male ad formam & ad operationem. un qualitates simplices elementorum, que secundum unu modu determinatum naturis elementorum conueniunt, non dicimus dispoes uel habitus, sed simplices qualitates. Dicimus aut dispoes uel habitus sanitate, pulchritudinem, & aliamodi, que important quandam commensurationem pluriu, que diuersis modis comensurari pnt. Propter qd Philosophus dicit in 5. * Metaph. q habitus est dispo: & dispo est ordo habentis partes uel secundum locum, uel secundum potentiam, uel secundum spem, ut supra dictum est. Quia igitur multa sunt entium, ad quoru naturas & operationes necesse est plura concurrere, que diuersis modis commensurari possunt; ideo necesse est habitus esse.

¶ Ad hoc dicitur, quod, ut ex questione sequenti colligitur, habitus sumitur dupliciter, Vno modo proprio, & sic non uidetur extra animam rationalem inueniri. Alio modo communiter pro habituali dispositione siue ad naturam, siue ad opus in pluribus consistente, ut in litera hac dicitur, & sic cum quadam latitudine inuenitur etiam in multis inanimatis, ut patet de pulchritudine. & quia auctor imitatus naturam, paulatim ab imperfectis ad perfectas, a communibus ad propria doctrinam tradit, habitus hic communissime sumitur, distincturus postmodum: & ideo concedit, quod ille condones sufficiens ad habitum uel dispositionem, primam spem qualitatis, sicut. n. sumitur hic habitus: & ideo nulla metio fit de difficili mobilitate, que est altera conditio habitus pprie dicti: & quod non inconuenit habitum communiter dictu inueniri in inanimatis, a quibus negabitur habitus proprie sumptus.

¶ Ad hoc dicitur, quod, ut ex questione sequenti colligitur, habitus sumitur dupliciter, Vno modo proprio, & sic non uidetur extra animam rationalem inueniri. Alio modo communiter pro habituali dispositione siue ad naturam, siue ad opus in pluribus consistente, ut in litera hac dicitur, & sic cum quadam latitudine inuenitur etiam in multis inanimatis, ut patet de pulchritudine. & quia auctor imitatus naturam, paulatim ab imperfectis ad perfectas, a communibus ad propria doctrinam tradit, habitus hic communissime sumitur, distincturus postmodum: & ideo concedit, quod ille condones sufficiens ad habitum uel dispositionem, primam spem qualitatis, sicut. n. sumitur hic habitus: & ideo nulla metio fit de difficili mobilitate, que est altera conditio habitus pprie dicti: & quod non inconuenit habitum communiter dictu inueniri in inanimatis, a quibus negabitur habitus proprie sumptus.

AD SECUNDVM dicendum, qd potentia quandoque se habet ad multa. & ideo oportet qd aliquo alio determinetur. Si uero sit aliqua potentia, que non se hæt ad multa, non indiget habitu determinante, ut dicitur est: & propter hoc uires naturales non agunt operationes suas mediantibus aliquibus habitibus, quia secundum se ipsas sunt determinate ad unum.

AD III. dicendum, qd non idem habitus se hæt ad bonu & malu, sicut infra patebit. eadẽ aut potetia se hæt ad bonum & malum: & ideo necessarii sunt habitus, ut potentie determinetur ad bonu.

¶ Prima Secunda S. Thomæ.
N 3 ¶ Super

Veri. q. 20.
ar. 2. cor. &
ver. q. 1. art.
1. cor. & ad
11. & 13.
q. 2. ar. 2. co.
¶ Art. 1. huc
quis quæ.

Tex. 17. co. 2.

Art. 1. & 3.

D. 47.

P. 7. q. 66. ar.
1. co. 2.

D. 167.

Text. 24. &
25. tom. 3.

Art. 1. huius
quæ.

D. 92.

In corp. art.

q. 54. art. 3.

QUESTIO L.

De subiecto habituum, in sex articulos diuisa.

¶ Super quibus quinquaginta articulis primis.

IN articulo. 1. 2. & 3. questionis 50. circa subiectum habitus, aduertendum est, quod quia habitus finis est habituationis, & habituari assuescere quoddam est. ideo ubi non inuenitur consuetudo, aut aliquid maius, ibi non inuenitur proprie habitus. Propter quod existentibus duobus principiis, scilicet natura & uoluntate, ubi est pure natura, nihil est habitus proprie. Si enim infinites lapis proficiatur sursum, non habitatur ad motum sursum, ut dicitur in 2. Ethicor. ubi autem est ipsa uoluntas, ibi est perfecte habitus, uide & de ratione habitus uidetur uoluntarium, ut in articulo. 3. author dicit. Et in tertio de anima Auerois dicit, quod habitus est, quo quis operatur cum uult. In intermediis autem quanto aliquis magis participat aliquid rationis, tanto magis participat habitum: & hinc prouenit primo, quod habitus ad operationes sunt principaliter in anima, id est, in ipsis uirtutibus animæ, & secundario in organis corporeis: quoniam illa quidem principaliter, hæc autem secundario rationalem motum sapiunt. & propter hoc habitum ad delectationes ueneris, uel cibi, potus, loquacitatis, ludi, blasphemiarum, & similibus, uolentes abstinere, quasi non possunt corpore iam assueti ad talem appetitum sequelam. Prouenit secundum, quod licet in membris corporeis, & parte negatiua absolute nullus sit habitus; in eis tamen pro quanto, & quomodo obedientia sunt rationis imperio, habitus sunt secundario: sicut & assuesfactiones, ut in principio corporis articuli dicitur, & patet in musicis, & alijs artificibus: quomodo autem obedient, superius in quæst. de im-

li. 3. com. 8.

In pdie. quat. com. 1.

q. pced. ar. 2. 3. & 4.

q. pced. ar. 4.

DEINDE considerandum est de subiecto habituum. **E**T CIRCA hoc queruntur sex.

- ¶ Primo, Vtrum in corpore sit aliquis habitus.
- ¶ Secundo, Vtrum anima sit subiectum habitus secundum suam essentiam, uel secundum suam potentiam.
- ¶ Tertio, Vtrum in potentiis sensitivæ partis possit esse aliquis habitus.
- ¶ Quarto, Vtrum in ipso intellectu sit aliquis habitus.
- ¶ Quinto, Vtrum in uoluntate sit aliquis habitus.
- ¶ Sexto, Vtrum in substantiis separatis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum in corpore sit aliquis habitus.

AD PRIMVM sic proceditur. **V**t in corpore non sit aliquis habitus. **V**t n. Cõmentator dicit in 3. * de Anima: Habit⁹ est, quo quis agit cum uoluerit, sed actiones corporales non subiacent uoluntati, cum sint naturales, ergo in corpore nõ potest esse alius habitus. **¶** 2. Præter. Omnes dispositiones corporales sunt facile mobiles: sed habitus est qualitas difficile mobilis, ergo nulla dispositio corporalis potest esse habitus.

¶ 3. Præter. Omnes dispositiones corporales subiacent alterationi, sed alteratio nõ est nisi in tertia specie qualitatibus, quod diuiditur contra habitum, ergo nullus habitus est in corpore.

SED CONTRA est, quod Philosophus in * Predicamentis, unitatem corporis, uel infirmitatem insanabilem, habitum nominari dicit.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, habitus est quodammodo dispositio alicuius subiecti existens in potentia, uel ad formam, uel ad operationem: secundum ergo quod habitus importat dispositionem ad operationem, nullus habitus est principaliter in corpore, sicut in subiecto. Omnis operatio corporis est autem a naturali qualitate corporis, aut est ab anima mouente corpus. Quatuor igitur ad illas operationes quod sunt a natura, non disponit corpus per aliquem habitum, quia uirtutes naturales sunt determinate ad unum. * dictum est autem quod habitualis dispositio requiritur, ubi subiectum est in potentia ad multa operationes uero, quæ sunt ab anima per corpus, principaliter quidem sunt ipsius animæ, secundum

Fdario uero ipsius corporis, habitus autem proportionatur operationibus, unde ex similibus actibus similes habitus cantur, ut dicitur in 2. * Eth. & ideo dispositiones ad tales operationes principaliter sunt in anima: in corpore uero potest esse secundario, inquantum scilicet corpus disponitur & habitatur ad præpote deferendum in operationibus animæ. Si uero loquamur de dispositione subiecti ad formam, sic habitualis dispositio potest esse in corpore, quod comparatur ad animam sicut subiectum ad formam: & hoc modo sanitas & pulchritudo, & huiusmodi, habituales dispositiones dicuntur non tamen perfecte habent rationem habituum, quia cause eorum ex sua natura de facili transmutabiles sunt. Alexander uero posuit nullo modo habitum uel dispositionem primæ speciei esse in corpore, ut * Simplicius refert in commento Prædicamentis, sed dicebat primam speciem qualitates pertinere tantum ad animam, & quod Aristoteles in Prædicamentis de sanitate & aegritudine, non inducit quasi pertineant ad primam speciem qualitatibus, sed per modum exempli, ut sit sensus, quod sicut aegritudo & sanitas potest esse facile, uel difficile mobile, ita etiam qualitates primæ speciei, quæ dicuntur habitus & dispositio. Sed hoc patet esse contra intentionem Aristoteles, tum quia eodem modo loquendi utitur exemplificando de sanitate & aegritudine, & de uirtute & de scientia: tum quia in 7. * Physicorum ponit expressè inter habitus pulchritudinem & sanitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de habitu, secundum quod est dispositio ad operationem, & de actibus corporis, qui sunt a natura: non autem de his qui sunt ab anima, quorum principium est uoluntas.

AD SECUNDVM dicendum, quod dispositiones corporales non sunt simpliciter difficile mobile, propter mutabilitatem corporaliu eorum: potest tamen esse difficile mobile per comparationem ad tale subiectum, quia scilicet tali subiecto durante moueri non potest, uel quia sunt difficile mobile per comparationem ad alias dispositiones, sed qualitates animæ sunt simpliciter difficile mobile propter immobilitatem subiecti, & ideo non dicitur, quod sanitas difficile mobilis simpliciter sit habitus, sed quod est ut habitus, sicut in græco habetur: qualitates autem anime dicuntur simpliciter habitus.

AD TERTIVM dicendum, quod dispones corporales, quod sunt in prima specie qualitatibus, ut quodam po-

perio dictum est. Prouenit tertio, quod in animalibus brutis pro quanto aliqui participant obedientia, capacia sunt habituum. Prouenit quarto, quod cum duplex sit habitus licet ad naturam, & ad operationem: & hic differat a primo in hoc, quod iste est in uoluntate, ille non, ut in articulo. in responsione ad primum litera insinuat, quod habitus ad operationem potest secundum tempus, & secundum perfectionem uocatus sit habitus ad huiusmodi enim habitum habitamur, propter quod habitus corporales ad naturam, ut sanitas, pulchritudo, & huiusmodi, aut negati sunt habitus, ut dicitur de Alexander. aut positi sunt imperfecte habitus, id est, dispositiones habituales, ut in litera dicitur in responsione ad secundum, & in articulo. 3. Cum his tamen memor responsionis ad secundum in articulo. 3. questionis præcedentis, quod scilicet non est de ratione habitus in communi respicere operationem, sed naturam, Alexander opinionem reprehensione dignam putat, eo quod habitus naturam in supremo modo habitus contemplatam, inferioris ordinis habitus ad habitus genere subtrahit, & dicit quod licet primo habitus sint qualitates bene, uel male disponetes animam, secundario tamen etiam disponetes sic corpus, habitus nomen obtinuerunt, & ad eas non esse motum, ut dicitur 7. Physicorum. Et potest inspicere in corpore nostris, manifeste habitus, seu dispositiones habituales intueno, quantum uim in eis habeat consueudo quo ad eas, quæ non subsunt rationis imperio. Consuetos enim alium inuentionem frigoris, me dicunt, & similibus, manifeste pati corporaliter sine appetitu uidemus, si contra consuetudinem faciat, aut patiantur. consuetudini. hæc tribuntur: quin etiam